

rubigines, pravarum voluptatim retia, alios
deniq; Artis Poëticæ hostes immanes fortiter
pulsavit atq; subegit, subactis, perfectam,
omnibusq; numeris absolutam Poëtices sci-
entiam comparavit, eo ipso die, quo devictos
casosq; hostes omnibus per triumphum publicè
conspiciendos exhiberet, Laurea Corona, tā-
quām certissimo felicis Victoriae nuncio, orna-
retur atq; condecoraretur.

Sunt deinde Lauri folia amara, eiūsq; Bac-
ca asperæ: undè per quām pulchre non Poëtæ
solum coronato multæ eæqué variæ molestiæ,
quas in poëseos studio addiscendo devorare
coactus fuit, ob oculos ponuntur, summāq; cū
animi voluptate ad memoriam revocantur:
Verum omnibus etiam alijs, Musarum in ca-
stris stipendia qui faciunt, per nitidum quasi
speculum ostenditur, Sive ob Virtutis studium:
Sive propter artium ac scientiarum cognitio-
nem: Sive ob alia, quæ Viri Illustres & Generosi
magnificere solent, in amore ac delitijs ha-
beri, ferri in oculis, præmijs affici amplissimeis,
honoribus condecorari splendidis desiderent:
Adhæc omnia sine labore magno, sudore mul-
to, cultūq; indefesso pervenire nunquam pos-
se, juxta illud Vulgatum, Difficia, quæ Pul-
chra: Et illud quoq; quod de suonobis Poëta
larginatur.

EB